

Franckesche Stiftungen zu Halle

Considerationes Modestae & pacificae Controversiarum De Justificatione, Purgatorio, Invocatione Sanctorum, Christi mediatore, & Euchariastia

Forbes, William

Helmstadii, A. MDCCIV.

VD18 11391456

Caput II. In quo eorum invocationem religiosam, aut orationem ad eos proprie
loquendo, illicitam esse demonstratur.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219598](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-219598)

eorum non esse ad salutem necessariam (quod lubens lego & amplector) concedit Suarez, & sufficere, si fideles ad Christum solum mediatorem confugiant. An vero articulus fidei sit, licite & utiliter posse sanctos invocari, ita ut haeresis sit id negare, disputo lib. 7 suo loco, & ostendo, hunc nullo modo posse esse articulum fidei: sed si sermo sit de invocatione religiosa, esse ethnicismum, Dei proprium honorem in creaturam transferentem. Si vero invocatio sit pure humana, eam esse tolerabilem, sed periculofam. Haec ille.

CAPUT II.

In quo eorum invocationem religiosam, aut orationem ad eos proprie loquendo, illicitam esse demonstratur.

INvocationem angelorum & sanctorum plurimi Romanenses actum esse religionis, seu religiosi cultus, vel duliae religiosae, & orationem ad eos religiosam esse, affirmare haud verentur. Bellarm. lib. 1. de Sanct. beatit. c. 12. *eximium adorationis genus appellat.* (Pag. 293.) Sanctos non solum honoramus eo cultu, (inquit Jo. Azor. Inst. moral. lib. 9. cap. 10.) quo viros virtute, sapientia, potentia aut qualibet alia dignitate praestantes, sed etiam divino cultu & honore, qui est religionis actus. Nam ille cultus, qui viris primariis defertur, non est religionis, sed alterius longe

longe

longe inferioris virtutis, quae observantia vocatur, actus & officium. Sed divinos cultus & honores Sanctis non damus propter ipsos; sed propter Deum, qui eos sanctos efficit. Nicol. Serarius de Litaniis lib. 2. quaeft. 27. hac ipsa de re verba faciens: *Quid, inquit, si & una religionis virtus sit, quae lauriam duliāque contineat? Certe plurimis atque sapientissimis ea est opinio.*

Ad orationem tamen religiosam, quocunque insigniatur nomine, sive laetiae, sive duliae, soli Deo deberi, pariter & omnes illius actus atque officia, clarissime docent tam scripturae quam Patres, quemadmodum Protestantes copiose demonstrarunt. Et scripturae quidem cum alibi, tum Psal. 50. 15. & Psal. 65. 3. Rom. 10. 14. Ad locum hunc Rom. 10. Bellarminus lib. saepe citato cap. 20. card. Perron. Replicat. lib. 5. cap. 20. pag. 149. aliique etiam Romanenses absurdissime respondent, non posse quengquam sanctos invocare, ut sanctos & amicos Dei, qui suo modo in eos non credit, id est, non credit esse sanctos, nec in eis sperat, ut in patronis, nec eos, ut tales, diligit: allato ad hoc probandum illo ad Philem, vers. 5. *Audiens tuam charitatem & fidem, quam habes in dominum Jesum, & in omnes sanctos.* Nova certe est haec theologia, & veteribus plane incognita, qui credendum in Deum semper dixere, nec in quengquam praeterea, * *hoc sensu.* Gregorius nazianz. orat. 37. Ruffinus in Symbolum inter ope-

* *Hoc sensu.*] Vide Bellarmini expositionem lib. 1. de Beatitud. sancti. c. 20. & auctoris nostri pag. 289.

opera Cypriani, August. sive quis est alius tom.
10. operum Augustini, serm. 131. *Sciendum est,*
quod ecclesiam credere, non tamen in ecclesiam
credere debeamus: quia ecclesia non est Deus, sed do-
mus Dei est. (Pag. 294.) *Credere in aliquem,* inquit
Elius in locum ad Philem. citatum, *ecclesiastica*
phrasi e scripturis desumpta, professio divinitatis est.
Vnde & Christus, quando dixit Joh. 14. 1. Creditis in
Deum: & in me credite, Deum se esse signifi-
cat. *Quamquam Hieronymus super locum sine scrupu-*
pulo concedit, adeoque affirmat, etiam in sanctos cre-
dendum esse: sed hoc sensu, quia qui credit in Deum,
consequenter omnia credit, quae de sanctis Deo autore
tradita sunt in scripturis. Quin & apud veteres hic
sermo legitur, credere in sanctam ecclesiam. Sed
nota, lector, haud alio sensu, quam quo dicunt
alii fere omnes, *credo sanctam ecclesiam.* Sed no-
bis, inquit porro Elius, *admodum probatur The-*
odoreti distinctio, qua singula reddantur singulis, ita
quidem, ut fides ad dominum Christum refera-
tur, charitas ad omnes sanctos. Sicut Coloss. 1. 4.
legitur: Audientes fidem vestram in C. J. & di-
lectionem, quam habetis in sanctos omnes, i. e.
christianos egenos & afflictos. Alias ineptas, quae
a Romanensibus adhibentur ad hunc & consi-
miles locos responsiones silentio praetereo.
Legantur Protestantium hac de re disputatio-
nes.

Patres orationem semper definiunt per relati-
onem directam & expressam ad Deum, & ad nul-
lum alium. Videantur quinque illae orationis
defi-

definitiones, quas Bellarm. lib. 1. de Bonis operibus in particulari, qui est de oratione, cap. 1. ex patribus, Basilio, Gregorio nysseno, Chrysostomo, & Johanne damasc. collegit. Innume-
ris Patrum testimoniis probari posset, Deum solum oratione sive invocatione religiosa colendum & adorandum esse. Sed quia luculentissime id ab aliis demonstratum est, nos hoc labore superfedebimus. Videantur tamen hi Patres: Tertull. de oratione cap. 1. & cap. 9. & Apologet. cap. 30. Irenaeus lib. 1. cap. 23. & cap. 35. lib. 2. 17. Orig. contra Celsum lib. 5. & 8. Athanas. orat. 4. contra Arrianos: *Nunquam quispiam precaretur aliquid accipere a Patre & angelis, aut ullis rebus creatis.* Ambros. de obitu Theodosii: *Sed tamen, tu solus, Domine, invocandus es, tu rogandus, ut eum in filiis repraesentes.* de Interpellatione lib. 3. cap. 12. Chrysost. hom. 6. & 9. in ep. ad Celsos. & hom. in 1. Cor. 1. 2. Basil. in psal. 5. 3. *Oratio siquidem non ad hominem, sed ad Deum solum dirigitur.* S. Ephrem tom. 1. qui germanus est illius foetus, Deum sic affatur: *Elécha, vvesavvecha lam eilab,* (ut habent verba in libello Moronitarum Romae impr. 1584. lingua quidem arabica, sed characteribus syriacis) id est, *Ad te, & non nisi ad te, facio orationem.* Augustin. tract. 23. in evang. Joannis: *Haec est religio christiana, ut non colatur, nisi unus Deus, quia non facit animam beatam, nisi unus Deus.* & lib. 22. contra Faustum: Pag. 295.) *Colimus martyres cultu dilectionis & societatis, quo & in hac*

hac vita coluntur homines sancti. & de Vera relig. cap. 55. Honorandi sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem; charitate, non servitute honoramus eos. Hieron. epist. ad Riparium advers. Vigilant. Chrysost. libris 2. de orando Deo Concil. Laodic. can. 35. Non oportet christianos ecclesiam Dei relinquere, & abire, & ἁγέλῃς ὀνομάζειν atque angelos nominare, (pro angelis admodum inepte & absurde quidam Romanenses vel in textu legunt, vel ad marginem annotant, angelos forte legendum, aut legi posse, ut Caranza, Joverius, Crabbe, Surius, Binius, Henricus Canisius, & alii) & congregationes facere, quae omnia interdicta sunt. Si quis igitur inventus fuerit τέτυτη τῇ κεχυμμένη ἰδωλατρείᾳ ἡολάζων huic occultae idololatriae serviens, sit anathema, quia dereliquit D. N. J. C. filium Dei, & se idololatriae tradidit. Theodoret. in Coloss. 2. Qui legem defendebant, eos etiam ad angelos colendos inducebant, dicentes, fuisse legem per eos datam. Mansit autem diu hoc vitium in Phrygia & Pisidia. Quocirca Synodus quoque, quae convenit Laodiceae, quae est Phrygiae metropolis, lege prohibuit, ne precarentur angelos. Et in hodiernum usque diem licet videre apud illos, & eorum finitimos, oratoria sancti Michaelis. Illi ergo hoc consulebant utique humilitate utentes, & dicentes, universorum Deum nec cerni nec comprehendere, nec ad eum posse perveniri, & oportere se per angelos divinam sibi benevolentiam conciliare. Hoc autem

autem

autem dixit in humilitate & cultu angelorum. Et in cap. 3. Coloss. *Quoniam enim illi angelos jubebant adorare, ipse contrarium praecipit, ut & dicta & facta exornent recordatione Christi Domini.* (Pag. 296.) Et Deo, inquit, & patri gratiarum actionem emittite per ipsum, non per angelos. Hanc etiam legem sequens laodicens Synodus, & volens veteri illi morbo mederi, lege cavit, ne precarentur angelos, & ne relinquerent D. N. J. C. Ad haec loca Concilii laod. & Theodoreti Bellarminus, Perronius aliique Romanenses multa respondere solent, quae ab aliis abunde confutata sunt, Sed hoc imprimis, quod haeretici illi, de quibus Paulus ad Coloss. Synodus laodicensa, & Theodoretus loquuntur, docuerint, neminem posse per Christum ad Deum accedere, sed per angelos, illosque idcirco excluso Christo religiose colendos esse. Et citant Chrysost. hom. 7. in Coloss. sed nec Synodus, nec Theodoretus illis haereticis tribuit, quod disertis & expressis verbis Christum mediatorem excluderint aut rejecerint, sed cultum illum religiosum, quo precum sacrificiis (quando enim angelis, ut diis, proprie sacrificandum esse, docuisse illos, Bellarminus & Perronius affirmant, ineptiunt) angelos colendos esse docuerunt, pro Christi exclusione sive derelictione habent, immo, ut occultum quoddam idololatriae genus, damnant. Chrysost. autem eo loco, quem citant, affirmat, ideo dixisse haeticos illos, Non oportere per Christum accedere, sed per angelos, ἐκείνο γὰρ μέζον ἐστίν, ἢ καὶ ἡμᾶς,

h
ve
en
ce
ve
ne
Pa
ut
au
ap
re
qv
ad
po
lis
8. p
qv
lia
fen
exl
pra
cec
tum
reli
tia
ait
Rel
qua
The
ca c

huas, prae humilitate id dixisse, fortasse non vera, sed in speciem tamen apparente: *majus enim id esse, quam ut nobis conveniat*, recta scilicet adire Christum, & sine angelorum inter-ventu; *indignum id esse majestate & amplitudine unigeniti*, quod per ipsum adduceremur ad Patrem; *humanae tenuitati commodius esse*, ut angeli nostrae adductioni inserviant. Inde autem factum, ut per totum caput illud, sursum apostolus & deorsum, quae de Christo, versaret, sanguinem crucis, passionem, dilectionem, quo vitiosam illam humilitatem excuteret, & ad Christum *ἀπό τῶν* vel sine angelis perveniri posse, indicaret: ut recte respondet episc. elien-sis in resp. ad card. Bellarmini Apologiam cap. 8. p. 180. 181.

Immo quidam etiam ex Romanensibus ipsis, qui de invocatione sanctorum, praesentis Ecclesiae romanae doctrinam & praxin acerrime defendunt, adorationem & cultum, qui sanctis exhibetur, cujus illorum invocationem partem praecipuam constituunt, vi veritatis coacti concedunt, *non esse opus religionis*, ut quae circa cultum solius Dei versetur, sed peculiaris virtutis a religione distinctae, nempe *singularis observantiae*. (Pag. 297.) D. Thomas 2. 2. qv. 81. art. 1. ait: *Religio importat ordinem ad Deum*. & art. 8. *Religio est virtus, exhibens Deo famulatum in iis, quae specialiter pertinent ad Deum*. Valq in 3. D. Thomae tom. 1. disp. 98. cap. 1. *Cum religio circa cultum Dei solum versetur, cultus & honor, qui*
Ff
proxi-

proxime sanctis deferitur, ad ipsum non poterit referri; alioquin, si esset actus religionis, latria quoque diceretur. Latria enim & religio idem sunt. Suarez. de Orat. lib. 2. cap. 10. n. 8. docet, orationem, quam ad sanctos fundimus, non esse actum a virtute religionis elicited, per se loquendo. sed a virtute duliae, quam esse distinctam a religione, supra ostensum est. Greg. de Valentia lib. 3. de Idololatria cap. 7. Cultus sanctorum, sicut neque aliorum hominum, proprie non est cultus religionis erga Deum, sed alterius definitae virtutis, re ipsa a religione distinctae, nempe singularis observantiae. Unde & Aquinas expresse 2. 2. qv. 83. art. 4. ad 1. Illi soli impendimus orando religionis cultum, a quo quaerimus obtinere, quod oramus, quia in hoc protestamur, eum bonorum nostrorum autorem; non autem eis, quos requirimus quasi interpellatores nostros apud Deum. Vide etiam hic Adamum Conzen in Matth. 6. 9. qv. 2. Nulla creatura, inquit, invocanda est oratione religiosa, sed alia rogari potest, si ve vivat in hoc seculo, si ve cum Deo in caelis conjuncta, per eum nostras necessitates agnoscat.

Sed hisce missis, veniamus ad theologos moderatiores. Georg. Cassander in Defensione libri de officio pii viri p. 849. Veteres, adducti scripturae testimoniis & exemplis, quibus manifestum est, preces justorum hominum pro aliis susceptas plurimum apud Deum valere, ad haec certo persuasi, homines non extingui morte, sed Christo conjunctos beatam vitam agere, eorum quoque precibus in caelo regnantium, se in hac vita peregrinantes juvari ma-

gno-

gnopere optarunt ac postularunt, ut precibus illorum, quos plurimum apud Deum valere credebant, nostris quoque precibus adjunctis, facilius a Deo patre, per unicum mediatorem & propitiorem Christum, quod vellent, impetrarent. Neque per hoc puram & legitimam Dei invocationem ullo modo corrumpi censebant; non sane magis, quam cum in hac vita fratres obsecramus, ut nos precibus suis apud Deum laborantes adjuvent. (Pag. 298.) Hoc autem vel ipsi Scholastici videntur, in quibus Alexander Halensis qv. 92. membr. 1. art. 4. disputans de eo, quis sit orandus, solum Deum simpliciter adorandum & invocandum asserit; ut a quo solo sit omne bonum; sanctos vero magis se habere, ex parte orantium, quasi coadjuvantes, quam illius, qui oratur. Haec, inquit, nemo sanus, impietatis damnare poterit. Vide & ejusdem Consult. art. 21. ubi p. 965. eadem legere est.

Jo. Barnesius * loco supra citato ait: *Invocatio sanctorum non est actus religionis, aut oratio. theologice loquendo, (quod in Paralipom. adductis variis Patrum & quibusdam Romanensium ipsorum testimoniis probat) magis, quam cum oramus viros justos hic viventes, quos sanctos reputamus, ut sint nobiscum & pro nobis apud Deum comprecatores. Atque hic sententiam Cassandri modo allegatam laudat. Et rursus: Proprie ergo loquendo non oramus aut invocamus sanctos religioso cultu, (qui soli Deo debetur) sed quadam*
Ff 2 *humana-*

* Loco supra citato] Pag. 285.

humanitate eos monemus & rogamus, ut Deum pro nobis vellent religioso cultu interpellare.

Jeremias, patriarcha constantinop. in Censura de praecipuis, &c. cap. 21. *Nos dicimus*, ait, *invocationem quidem vere & proprie soli Deo convenire, illique primo & propriissime deberi, eam autem, quae sanctorum est, invocationem non proprie dici, sed ex accidenti, ut ita dicam, quodammodo, & ex gratia & privilegio quodam.* Neque enim aut Petrus aut Paulus ipse exaudit eorum quenquam, qui illum invocant, sed gratia & donum, quod habent, juxta illud promissum: Ego vobiscum sum, usque ad consummationem seculi. Hanc orientalis Ecclesiae sententiam approbat anonymus ille theologus A. J. C. gallus, in suo erudito ad concordiam inter christianos conciliandam tractatu, de Catholicis traditionibus, qv. 40. 205. 206. versionis anglicanae.

Archiepisc. spatat. * in Ostensione errorum. Fr. Suarez cap. 2. n. 20. *Si sermo sit de invocatione sanctorum religiosa, est ethnicismus, Dei proprium honorem in creaturam transferens. Si vero invocatio sit pure humana, ea est tolerabilis, sed periculosa.* Et de Rep. eccles. l. 7. c. 12. n. 27. *Si sanctorum invocatio fiat cum religioso cultu, omnino sequitur, injuriam fieri Deo;* Pag. 299.) *qui tamen sciunt, & non negant, fideli patere aditum etiam immediatum ad Deum orandum, & sanctorum solum postulant patrocinium, eosque secum conantur habere comprecatores, idque ab eis postulant* solo

* In Ostensione] Post librum VI, de Rep. eccles.

solo humano, non religioso cultu, neque se interim
suaque religioso cultu sanctis subjiunt, ii profecto
injuriam Deo nullam faciunt.

Ex dictis liquido apparet, quam inanes &
frivolae sint distinctiones illae a card. Perronio
in sua Replic. de sanctorum invocatione differen-
te nuper excogitatae, ut clarissimae luci tene-
bras offunderet: Deo soli convenire *orationem*
directam, absolutam, summam sive supremam ac fina-
lem & sacrificalem; angelis autem & sanctis ora-
tionem tantum * *obliquam sive indirectam, rela-*
tivam, subalternam, transitivam, extrasacrificalem,
ut ita cum illo loquamur. Honor enim & cul-
tus religiosae invocationis, sive orationis *proprie*
sic dictae, nulla ratione vili convenit creaturae,
sed soli Deo, nam ille solus scit omnes cogita-
tiones humanas, semperque gemitus veros a si-
mulatis potest discernere, omnipotens est, &
omnipraesens, &c. in quem denique fiducia cor-
dis collocari possit.

Humanam autem Christi naturam, secun-
dum quam duntaxat proprie mediator noster
est, hic semper exceptam volumus, tum quia
λόγῳ, secundae personae deitatis, unita est, tum
quia ad supremum gloriae gradum, supra om-
nes scilicet alias creaturas, a Deo Patre est eve-
cta. Faceat hinc *Ubiquitariorum*, uti appel-
lantur, deliramentum; sed, quod scripturae
apertissime docent, non est idcirco negan-
dum.

* Obliquam sive indirectam.] Vide p. 300. 318.

Ff 3

CAP.